

dextera suffragante, a cuius misericordia omne datum optimum, & omne perfectum donum descendit, exinde consequi merearis: & prefata Ecclesie Te gratum & utilem filium representes, ac de bono semper in melius in eius dilectione concrevas, tuque nominis fama latius in gentibus extollatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum receptionis, assumptionis, statuti, suppletionis, & constitutionis infringere; vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Dat. die 10^a Aprilis 1303. P. An. IX.

Datum Laterani secundo Kalendas Maii Pontificatus Nostri Anno Nono.

XIX.

Declaratio, quod Ungarie Regnum ad Mariam Sicilie Reginam, & Carolum eius nepotem; non autem ad Wenceslaum Bohemie Regis natum pertineat.

Ibidem.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Spectator omnium, cunctorum prescius Rex aternus, civitatem Ierusalem ruituram previdens, flevit compassibiliter super illam: non quid igitur & nos, eius officium vicarie potestatis habentes, fletus arcere possumus, mitigare punctionis aculeos, gemitus cohibere, videntes acerbe Regni Hungarie collapsi per plurimum dissidia gravia, inculcata frequentius diminutionis incommoda, & ruinam totaliter imminuentem? Illud itaque violenti diripiunt, & apprehenderunt iam inter angustias persequentes; gemunt sacerdotes ipsius, luget Populus confusionis involutione perplexus; parvuli eius captivi sunt ducti ante faciem tribulantis; silet ibi belli dissidio coacta iustitia, corrupti sunt mores hominum; eradicatis virtutibus, vitiis propagatis, zelus Christiane Fidei tepuit, imo iam friguit, & divini cultus observanda religio dormitavit: & dum inibi de regnandi iure contenditur promiscuis actibus, sursum deorsum miscentur confuse singula, & in aperto caduco ruit populus, cum certus non appareat gubernator. Dolendum in iis pariter, & lugendum illa maxime ratio pie considerationis inducit, quod Regnum ipsum, retrorsum rediens, Reges lactavit haecenus Reginaeque catholicos, & in eminentiam caelestis exercitus mira vigente sanctitate perduxit: literatos utique viros alios, intelligentes & providos, scientie claritate conspicuos, & eloquentia facunditate disertos; in quorum vices succedere prohodolor! dissidentes, & stolidi, modice devotionis & fidei, abicientes jugum disciplinae laudabilis, & debaccantes improbe sine frangi constrictione pro libito vastatores. Numquid igitur super istis nostra consilia inhumane deficient, opportuna remedia, eclipsante charitatis fomite, & omnia lima iustitiae, delitescunt? Neesse quidem adesse conspicimus, ut ruinas huiusmodi pastoralis cura nostrae pro-

Dolet de Hiderici Regni calamitatibus

Pontificis esse sollicitudinis tantis malis propicere.

visionis impleat, collapsa reparet, iusta confoveat, vastata restauret, & paterna benignitas apta praesidia pro ipsorum congrua reparatione producat; sedando concupis, quantum nobis ex alto permittitur, contentionis praefatae de iure regnandi turbinem, & de Regno ipso auferendo pro viribus omnem per nostrae reparationis suffragium tempestatem.

§. 1. Sane diebus non longe praeteritis charissimus in Christo Filius noster Wenceslaus Bohemae Rex illustris per eius Nuncium & expressas literas Nobis supplicavit attente, ut negotium Filii nobilis Viri Wenceslai eiusdem Regis Filii, quem in Regem Ungariae concorditer & canonicè proponebat electum; & eundem Regem Bohemae, ac tam suos, quam eiusdem Filii in hac parte sequaces in benevolentiam nostram reciperemus, & gratiam; ac Nos eis adiutores, directores benignos & favorabiles in ipso negotio redderemus: super cuius supplicationis instantia pia & rationabili meditatione pensantes, quod praefatum Regnum Ungariae, tam nobile haecenus, tam praclarum in spiritualibus & temporalibus, per collusiones varias, sicut praetangitur, est collapsum; quodque charissima in Christo Filia nostra Maria Regina Siciliae in eodem Regno Ungariae, tanquam haeres proximior, habere se ius asseribat, & asserit, & dilectus Filius nobilis Vir Carolus Nepos eius Regnum ipsum in parte non modica ex persona iam dictae suae paternaeviae possidebat, & possidet: de quo etiam in Strigoniensi Ecclesia juxta ritum antiquum Ungariae per personam idoneam Regale suscepit Diadema; ut tolleremus invicem peccandi materiam, & concertandi discrimen, exhiberemus iustitiae debitum, ac viam reformationis dicti Regni accommodam sumeremus; inter contententes eisdem tractatum pacis & compositionis amabilis more Patris similiter assumere cupientes, memoratos Reges Bohemae, ipsius Filium, & sepe dictum Carolum, eorumque sequaces, & alios, qui sua crederent interesse, per Venerabilem Fratrem nostrum Nicolaum Hostiensis Episcopum, tunc Ungariae praefati Regni Legatum, peremptorie citari mandavimus, ut infra determinati & convenientis temporis spatium, in ipsa citatione praesentem, cum omnibus iuribus, actis & munimentis suis contingentibus, memoratum negotium coram nobis legitime comparere deberent: super iis complementum recepturi iustitiae, ac facturi, quae pro dicti Regni statu prospero per Nos essent provide ordinanda.

§. 2. Eodem vero Legato praedictos Regem, & Filium, ac Carolum legitime citante, sicut per ipsius certas literas, & verbum, postea Nobis evidenter innotuit; ac adveniente peremptorio termino, in ipsa citatione statuto, praefata Regina Siciliae intimato iam sibi ex nostra parte per alium, quod ipsa etiam, si sua interesse putabat, in memorato termino compareret; & iam dictus Carolus per Procuratores idoneos sufficienter instructos, tanquam devotionis & reverentiae filii comparuerunt cum debita obedientia coram Nobis, Venerabilibus Fratribus nostris S. Archiepiscopo Colocen., M. Zagabrien., T. Jeurien., & B. Vesprien.

Wenceslaus filium in Regem Hungariae electum Sedi Apcom. mandat.

Coeredit Maria Regnum idem successione iure ad se ipso stare.

Vocatur iter, que in iudicium.

Maria & Carolus oratorum opera in iudicio habent.

sprien. Episcopis, ac dilectis Filiis nonnullis Archidiaconis & Praepositis de ipso Regno Ungariae, ex citationis praefatae vigore comparentibus similiter cum eisdem.

§. 3. Jam dicti vero Bohemae Rex, & Natus non comparuerunt per se vel per alium in termino praefinito, nec postea: sed sub cuiusdam palliationis astutia excusatores miserunt ad nostram praesentiam dilectos Filios Honorum Decretorum Doctorem, Joannem Cantorem Ecclesiae de veteri Buda Clericos, ac Joannem Romani Juris Peritum Laicum, excusantes eosdem, quod Procuratores ad Nos non miserant sufficienter instructos, causas circa hoc minus rationabiles, imo inanes & frivolae pretendentes; & in pluribus consistoriis per Nos ab ipsis seriose petito, si alias causas rationabilis excusationis haberent vel ampliori forent potestate suffulti, in excusatione culpa contumaciam geminantes, dixerunt improbe, quod praefatus Rex Bohemae nullo unquam intendebat tempore de ipso Regno Ungariae litigare; Procuratoribus ipsis & nunciis eorumdem Reginae Siciliae ac Nepotis instantibus, ut contumaciam ipsorum Bohemae Regis, & Filii, ad declarationem, & determinationem Juris, Reginae ac Nepoti competentis eisdem, procedere deberemus.

§. 4. Nos vero, habita super iis cum Fratribus nostris examinatione solenni, profunda maxime meditatione pensantes statum praefati Regni Ungariae miserabilem & depressum, flebili quidem compassione condignum, quod revera ex praetacta maxime contentione regnandi in pejus continue labitur; quia, dum utrinque contenditur involuto dissidio, animarum & corporum pericula prodeunt, & ipsius Civis & Incolas in illo regnantibus cum debita obedientia non intendunt; quodque, sicut facti notorium permanens evidenter ostendit, & licet non in figura iudicii Nobis est notum, praedicta Regina Siciliae, sicut Primogenitura Jus obtinens clare memorie Stephani Regis Ungariae patris sui, in eodem Regno propinquior est successor, & haeres quondam Ladislao Regi Ungariae Fratri suo ex utroque Parente, per quod opitulatur eidem communis Juris praesumptio, quae tali casu probandi onus in Adversarium iuste transfert: quia etiam quondam Carolus ipse Regis Primogenitus, dicti Caroli genitor, habitus est quasi communiter, & praecipue per Romanam Ecclesiam, pro Ungariae Regis, dum vixit, nec ex parte dictorum Bohemae Regis & Filii de iure competente ipsis in Ungariae Regno praedicto allegatum est aliquid vel assertum, nisi sola electio, quae de ipso Filio Regis facta proponitur: quae procul dubio diversis ex causis, prout rationum prima facies iudicat, minus legitima, imo prorsus inutilis esse videtur; eo maxime, quod sicut scripti canonis series aperiet, Regnum ipsum Ungariae successione iure provenit: electionis arbitrio non defertur; rationibus praemissis, & causis aliisque motivis plurimis, quae religionem debent iudicantis instruere, in trutinam recte deliberationis appensis, expedientia commixta licentia, ac benigna humanitate servata, de plenitudine potestatis in aperta contumaciam eorumdem Bohemae Regis, & Filii, in praesentibus Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

Wenceslaus, & filius inania obediunt diffugia.

Rationes utrinque partium.

tia Praelatorum, plurium Cappellanorum, familiarium nostrorum, & aliorum in Consistorio vocatorum; praesentibus eorumdem Bohemae Regis & Filii Nunciis, ac Excusatoribus supra scriptis, de Fratrum nostrorum consilio decernimus, diffinimus, declaramus, & volumus, quod praedicta Maria in toto ipso Regno Ungariae & pertinentiis suis omnibus, ac ubique Terrarum Regina Ungariae, & dictus Carolus Nepos; Rex nuncupentur apertis labiis scriptioibusque vulgatis, & in documentis publicis titulentur. Quodque Praelati, Clerici cuiuscumque dignitatis, status, aut conditionis fuerint, & Religiosi alii, cuiuscumque sint Ordinis, nec non Comites, sive Bani, Barones, Milites, Cives, Incolae cuiuscumque status, praesentiae, dignitatis, aut conditionis existant, jam dicti Regni Ungariae omnium Jurium & pertinentiarum eius, ac aliarum regionum annexarum sibi, etiam si Regnorum titulum habeant, dictis Reginae Ungariae & Regi Nepoti, tanquam eiusdem Regni Ungariae Reginae & Regi legitimis parere, & intendere, ac de fructibus, redditibus, servitiis, iuribus, & obventionibus aliis consuetis, & Regi Ungariae debitis, devote respondere, procurare: Praelatis, Clericis & Religiosis, Comitibus, sive Banis, Baronibus, Militibus, Civibus, Incolisque praescriptis sub pena excommunicationis injungentes expresse, quam eo ipso, si fecerint secus, incurrant, ut eisdem Reginae ac Regi Ungariae circa recuperationem, defensionem, & conservationem Regni praedicti auxiliis, consiliis, & favoribus opportunis assistant.

§. 5. Et quia in praedictis eosdem efficaciter, obedienter, & placide sic agere cupimus, ut a contrariis prorsus abstineant, & desistant, Praelatis, Clericis, & Religiosis, Comitibus, sive Banis, Baronibus, Militibus, Civibus, Incolisque praefatis sub simili pena excommunicationis, & eodem modo praecipimus, ne memoratos Regem Bohemae, vel eius Filium, Regem Ungariae nominare, vel titulare aliqua nominatione, vel descriptione praesumant; neve ipsis, aut Ministris eorum de fructibus, redditibus, proventibus, ac iuribus aliis dicti Regni, & praefatorum sibi adjacentium respondeant quoquo modo; vel ipsis circa occupationem, invasionem, detentionem, seu usurpationem memorati Regni Ungariae, & praemissorum, quae annexa sunt sibi, occulte vel publice consilium, vel auxilium asserant, vel alicujus praesidium favoris impendant. Nos enim Praelatos, Clericos, & Religiosos, Comites sive Banos, Barones, Milites, Cives, & Incolas memoratos ab omnibus homagiis, sacramentis fidelitatis, colligationis, aut conjunctionis, quae praebatis Regi Bohemae, Filio aut Ministris eorum praestiterunt, aut cum ipsis in praedictis dictorum Reginae & Regis Ungariae aliquatenus inierunt, etiam si ea fuerint iuramentorum, penarum adiectione, vel quovis alio vinculo roborata: quae viribus vacua, & nulla fore censemus, & carere decernimus omni robore firmitatis; absolvimus, & ad eorum observationem, quomodocumque aut quantumcumque se astrinxerint pro observandis

Quibus bene examinatis Regum Mariae & Carolo ad iudicatur.

Iussu Proceris ac Praefatos obedientiam illis exhibere.

Vetat Juniores Wenceslaum Regis Hung. titulo insignire.

Et praefata ei Sacramenta rescindit.

Eique quadri-
mestre consti-
tuit ad iura
de petitorio
producenda.

dis eisdem, ipsos decernimus non teneri.
§. 6. Ceterum, ut, quæ gravitati Sedis
Apostolicæ congruunt, cum debita maturi-
tate servemus, nec excludamus a nostris pro-
cessibus amicam in thono sedentibus æqui-
tatem, Regi Boemiæ, Filioque præfatis per-
emptorium terminum quatuor mensium, a
die date præsentium numerandum in antea,
& peremptorie præfinimus, infra cuius tem-
poris spatium ipsi per se vel alios aut alium,
si qua iura de proprietate dicti Regni Un-
garie habere se credunt, Nobis & Apostolicæ
Sedi reverenter ostendant; illaque petant
& prosequantur, ut expedit ordine debito,
& rationabile fuerit, sicut ipsis melius vide-
bitur expedire. Super possessorio tamen cu-
juscumque speciei vel generis pro dicto Re-
gno Ungariæ memorato, Regi Boemiæ vel
Filio competente, propter eorum contuma-
ciam sic contractam perpetuum silentium eis
duximus imponendum. Ultra præmissi vero
temporis spatium quadrimestre, ne in pote-
state sit dictorum Boemie Regis & Filii in-
quietare pro libito, molestare frequenter, &
ut vitandi scandali occasionem tollamus, &
causam, ex nunc prout ex tunc in iure ac
propriate competentibus ipsis forsitan in
Regno præfato jurisdictionis nostræ, & Apo-
stolicæ Sedis denegamus immutabili edictione
præsidium: & eis in Tribunali quocumque
tam de iustitia, fomite, quam de ipsis po-
testatis plenitudine perpetuum silentium im-
ponimus, de Fratrum consilio prædictorum.
Ita quidem, quod prædicta termini præfinitio,
jurisdictionis denegatio, impositio silentii ex
nunc elapso jam dicto quadrimestris spatio,
perinde vigorem habeant & effectum, ac si
in eisdem Boemiæ Regis & Filii notitiæ
per formam citationis solite pervenissemus,
cum Magistratus alii etiam non majores de
iuris licentia per edicta in scriptis publice
vel in aedes proposita citare valeant: nec sit
verisimile vel præsumptum, ut præmissa in
notitiæ & conscientiam dictorum Boemiæ
Regis & Filii debito tempore devenire non
valeant, quæ in præsentia ipsius Consistorii
prædictorum Prælatorum, aliorumque plu-
rium, & eorundem Nunciorum ac excusa-
torum maxime sunt tam vulgate, tamque
solemniter publicata.

Reformationi
eiusdem Re-
gno consulti-
rum se prohi-
tetur.

§. 7. De reformatione præfati Regni col-
lapsi disponere cum ipsorum Fratrum consi-
lio, prout tempora se apta præbuerint, præ-
visis consiliis, opportuniisque remediis, au-
ctore Domino, proponentes, ut in ipso, gra-
tiâ disponente supernâ, tranquilla tempora
redeant, inquieta recedant: sicque ipsius Re-
gni status reformetur in prosperum, quod læ-
ta pax & amoenitas in locum tam gravium
adveniat scandalorum.

Nulli ergo hominum liceat hanc pagi-
nam nostrorum Constitutionis, diffinitionis,
declarationis, injunctionis, præcepti, absolu-
tionis, decreti, impositionis, & denegationis,
infringere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem &c.

Dat. die 31.
Mii 1303. P.
An. IX.

Datum Anagnini secundo Kalendas Ju-
nii, Pontificatus nostri anno IX.

XX.

Institutio Studii generalis in Alma Urbe, cum
privilegiis pro Doctoribus,
& Scholaribus.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei,
dilectis filiis Abbati Monasterii S. Laurentii
extra muros, & Priori Basilicæ ad Sancta
Sanctorum, ac Archipresbytero Ecclesiæ
S. Eustachii de Urbe, salutem & Apostoli-
cam benedictionem.

IN supremæ præminentia dignitatis di-
vini dispositione consilii constituti, ad
universas fidelium regiones nostræ vigilantie
creditas tamquam Pastor dominici gregis
aciem apostolicæ considerationis extendimus,
ad earum profectum quantum nobis ex alto
permittitur intendentes: sed ad urbium Ur-
bem, Romanam videlicet civitatem, quam
divina clementia statuit caput Orbis, eo at-
tentioris meditationis intuitum retorquemus,
quo principalis in eadem nostri Sedem Apo-
stolatus celestis dispositio stabilivit, & firmavit
Ecclesiæ fundamenta. Hanc profecto nimirum
inter ceteras Urbes sub christiana religione fi-
dei militantes, uberioris affectionis præroga-
tiva prosequimur, studiosius apostolicis muni-
mus præfidiis, & condignis libentius gratiis ho-
noramus, ideoque ferventi non immerito de-
siderio ducimur, quod eadem Vrbs, quam di-
vina bonitas tot gratiarum dotibus insignivit,
scientiarum etiam fiat secunda muneribus, ut
viros producat consilii maturitate conspicuos,
virtutum redimitos ornatibus, ac diversarum
facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi
fons scientiarum irriguus, de cuius plenitudi-
ne hauriant universi liberalibus cupientes im-
bui monumentis.

Proemium.

§. 1. Ad hunc igitur universalem profectum
non solum incolarum Urbis ipsius, & circum-
positæ regionis, sed & aliorum, qui propter nos
quasi continuo de diversis Mundi partibus con-
fluunt ad eandem, studio paternæ sollicitudi-
nis intendentes, diligenti super hoc cum fra-
tribus nostris deliberatione præhabita, de ipso-
rum consilio auctoritate Apostolica duximus
statuendum, quod in Vrbe prædicta perpetuis
futuris temporibus generale vigeret stu-
dium in qualibet facultate, ac docentes & Stu-
dentes ibidem, omnibus privilegiis libertati-
bus & immunitatibus concessis Doctoribus &
Scholaribus in studiis generalibus commoran-
tibus, gaudeant & utantur.

Studium ge-
nerale in Ur-
be instituit.

§. 2. Et ne huiusmodi ipsorum studium
(quod de bono semper in melius dirigi cupi-
mus) perturbari contingeret, auctoritate præ-
dicta decrevimus, ut Doctores, vel Schola-
res in huiusmodi Rom. Studio commorantes,
non possint inviti in Cur. Capitolis occasione
qualibet civiliter vel criminaliter conveniri,
nisi forsitan (quod absit) homicidium per ali-
quem vel aliquos de eodem Studio Romano
perpetrari contingeret: quo casu Vicarius Rom.
Pont. contra Clericos, Senator vero vel Sena-
tores, qui pro tempore fuerint in Vrbe prædi-
cta,

Exemptio Do-
ctorum, &
Audientiam a
Cura Capito-
lina.

Et a novis im-
positionibus.

Na, contra Laicos procedant, & faciant quod
iustitia suadebit.

§. 3. Nec ad aliquas contributiones in taliis,
aut collectis, quæ imponerentur pro tempore
habitoribus dictæ Urbis, seu aliqua obsequia
communi Urbis ipsius præstanda prætextu mo-
ræ, quam in eadem Vrbe contraherent, vel
aliqua pedagia ratione rerum suarum, quas ad
dictum Romanum Studium deferri, vel exinde
reportari facerent, doctores, aut scholares
eiusdem Romani studii teneantur.

Taxa pensio-
nis pro Do-
ctoribus corru-
dem.

§. 4. Quodq. pensiones domorum, quas do-
ctores vel scholares in eadem Vrbe studiorum
causa morantes inhabitarent, taxari deberent
per duos taxatores, quorum unum ipsi do-
ctores & scholares, & alterum commune ip-
sius Urbis eligant, & si ii duo concordare ne-
quirent, stetur taxationi tertii taxatoris ab
eisdem doctoribus & scholaribus eligendi, ac
ultra taxationem huiusmodi nihil ab eis pos-
sit exigi nomine pensionis pro domibus ante-
dictis.

Cognitio Cas-
sationis quibus
injungenda.

§. 5. Et licet Roma communis sit patria, si
tamen quispiam litem contra scholares pere-
grinantes causa studiorum in illa super aliquo
negotio movere voluerit (huiusmodi rei optio-
ne data scholaribus ipsis) eos coram Domino,
aut Magistro suo, vel prædicto Vicario con-
veniat, iuxta legitimam super hoc editam
sanctionem, & qui contrafecerint, poenam
dictæ sanctionis incurrant. Rectores quoque
quos doctores, & scholares eiusdem Romani
Studii pro tempore duxerint eligendos, in-
ipsos doctores, & scholares ac familiares ip-
sorum, tam circa cognitionem & decisionem
causarum civilium, & criminalium civiliter
motarum, & etiam criminaliter in crimina-
bus levioribus, quam ipsorum corrigendos
excessus leves, ordinariam obtineant potesta-
tem.

Dispensatio a
residencia in
Beneficis da-
ta facultate
percipiendi
fructus.

§. 6. Vt autem doctores & scholares dicti eo
liberius intendere studio valeant, ac profice-
re in eodem, quo maioris fuerint gratiæ fa-
vore muniti, ipsis auctoritate prædicta con-
cessimus, ut dum huiusmodi studio docendo,
vel audiendo insisterent, fructus, redditus, &
proventus omnium beneficiorum suorum cum
cura, vel sine cura, etiam si eorum aliqua
personatus vel dignitates existerent, cum ea
possint integritate percipere (quotidianis di-
tributionibus dumtaxat exceptis) cum qua
illos perciperent, si in Ecclesiis, in quibus illa
obtinere, personaliter residerent, & ad resi-
dendum in eis interim minime teneantur,
neque ad id a quoquam valeant coarctari. Nec
obstantibus quibuscumque statutis & consuetu-
dinibus contrariis, dictarum Ecclesiarum iu-
ramento, confirmatione Sedis Apostolicæ, vel
quacumque firmitate alia roboratis, etiam si
de illis servandis per se, vel per procuratores
suos præstasset forsitan iuramentum.

Executores
huiusce Con-
stitutionis.

§. 7. Verum quia non sufficit privilegiorum
& indulgentiarum aliquibus dare præfida,
nisi sint, qui super iis eos manuteneant & de-
fendant, cum parum sit in Civitate ius esse,
nisi, qui illud teneant, exilat, discretioni ve-
stræ per Apostolica scripta mandamus, qua-
tenus, vos, vel duo aut unus vestrum, per

vos vel alium seu alios eisdem Doctoribus, ac
scholaribus, qui in eodem Romano Studio pro
tempore fuerint, efficacis defensionis præsidio
assistentes, non permittatis eos, vel eorum
aliquos contra huiusmodi statuti, constitutio-
nis, & concessionis nostrarum tenores ab ali-
quibus molestari. Molestatores huiusmodi,
necnon contradicentes quoslibet, & rebelles,
quicumque, cuiuscumque conditionis fuerint, aut
status, etiam si Pontificali, vel alia quavis præ-
fulgeant dignitate, auctoritate apostolica,
postposita appellatione compescendo.

Obstantium
derogatio.

§. 8. Non obstantibus supradictis, seu de
duabus dietis edita in Concilio generali &
nostra, qua cavetur, quod Conservatores a
Sede deputati prædicta aliquos ultra unam die-
tam a sine Diocesis eorundem trahere non
præsumant, & quibuscumque aliis Constitutio-
nibus contrariis, dummodo ultra tertiam,
vel quartam dietam extra suam Diocesim
aliquis auctoritate præsentium non trahatur,
aut si aliquibus ab eadem sit Sede indultum,
vel in posterum indulgeri contingat, quod
excommunicari, suspendi, vel interdicti non
possint per literas Apostolicas, impetratas,
vel etiam impetrandas, nisi eadem literæ im-
petrandæ plenam & expressam fecerint de-
indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet
literis, & indultis apostolicis, per quas, præ-
sentibus non expressis, vel totaliter non infer-
tis nostræ jurisdictionis explicatio in hac par-
te posset quomodolibet impediri, & de qui-
bus, quorumque totis tenoribus de verbo ad
verbum in nostris literis mentio sit habenda.
Volimus autem, quod quilibet vestrum, etiam
super negotio per collegam suum in hac parte
primitus inchoato, se intrromittere valeat, &
procedere in eodem prout, & quotiens fuerit
opportunitum.

Datum Anagnini, Anno Incarnationis
Dominicæ MCCCIII. 3. Idus Junii, Pontifica-
tus nostri anno IX.

Dat. die 8. Ju-
nii 1303. P.
An. IX.

XXI.

Erectio Studii generalis in Civitate
Avinionis.

Hic idem Pontifex simile Studium mox instituit
in Vrbe, ut in ejus const. præcedenti.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Conditoris omnium immensa beni-
gnitas rudem hominem, quem post
perceptionem mortiferi gustus ad perfectio-
nem discretionis asserre naturalis ratio non
poterat, scientiarum artiumque decrevit dog-
matibus erudiri. Sicque dono dato divinitus
plurium idioma nationum, sub diversarum
linguarum varietate diffusa, in unum conve-
niunt loquendi commercium, latinitatis or-
dine literalis. Sic gesta patrum, & princi-
pum redacta sunt, & rediguntur in monu-
men-

Proemium.

menta librōrum. Sic veri & falsi certamina certis rationibus & argumentis probabilibus dirimuntur. Sicq; generationis & corruptionis corporum univērorum, simplicitas elementorum a qualitate discernitur. Sic etiam vocum sonoritas pari concordia prodit in jubilo, & documento colligitur, qualiter in divinis obsequiis modulatione musica Domino serviat. Sic terminorum extrema scholastica doctrina metitur, quaslibet longitudinis & latitudinis, sublimitatis, & profundi diftantias, punctorum seu mensurarum connumeratione distinguens. Sic de supernorum essentia corporum prout moventur & consistunt in ordine, philosophia perscrutatio arte nititur habere notitiam, licet sit res intellectu difficilis, & aciem humane rationis transcendat. Sic datur Juris utriusque cognitio, querela a jurgio dirimitur, & quod suum est, redditur unicuique. Sic quoque ad sacrarum acceditur altitudinem scripturarum, & elicitur vivificans spiritus de litera visceribus occidentis. Expedi igitur singulis regionibus orthodoxis, ut in eis habeantur viri industres, literarum decore, scientiis & virtutibus præsigniti, ut singula sic ipsorum consiliis providis, & consulta providentia dirigantur, quod earum incolæ subjectionis observantia gloriosi vivant & qui regnant quietis beatitudine gratulentur. Tales siquidem viros insula eis cælitus gratia literale studium efficit, parvulos suavitate lactans dulcedine, cibans adultos uberius, & provectos majoris ubertatis delectatione sæcundans, dum circa ipsum studiosa sedulitate versantur. De his profecto non indigne accipitur, quod resalutis sol in clypeos aureos, qui sunt justitiæ defensores, facta causarum ambigua dirimentes. Qui sæ defensionis viribus, in rebus publicis ac privatis, lapsa erigunt, fatigata reparant, nec minus humano generi per scientiarum cooperationem provident, quam si præliis ac vulneribus patriam parenteq; salvarent. Ac Justiniana sanctio non solum illos imperio militare decrevit, qui gladiis, clypeis & thoracibus muniuntur, sed alios qui præsidio gloriosi munimur, laborantium spem, vitam posterorq; defendunt, ne potentiorum manus validior afficiat humiliores injuriis, prematq; jacturis clypeo justitiæ non adiutos. Tales utiq; clypeos aureo titulo merito præsignavit auctoritas, cum per aurum virtutum nobilitas, & per scutum fortitudo fidei designetur. Habet enim scientia incomparabiles thesauros deliciarum, omniumque bonorum gratiam largitur ad plenum.

§. 1. Nos itaque profectibus publicis ex debito pastoralis officii, cui dante Domino præsidemus, efficacibus studiis intendentes, ingenti utique desiderio ducimur, & cura propensioris sollicitudinis excitamur, ut studia literarum, per quæ scientiarum thesaurus acquiritur, ac ad spiritualis & temporalis gaudii gloriam pervenitur, laudabilibus incrementis dirigantur ubilibet, ac propensus invalescant, & in illis potissime locis & partibus, quæ idonea & accommodata fore noscuntur, ad multiplicanda doctrinæ femina, & germina salutaria producenda.

§. 2. Cum itaque Avinionen. Civitas ob ipsius commoditates & condiciones quamplurimas, habilis & apta non modicum hujusmodi studio censeatur.

§. 3. Nos pro utilitate publica credentes multipliciter expedire, ut in Civitate prædicta cultores sapientiæ inferantur, fructum uberem largiente Domino in tempore producturi, præsentium auctoritate concedimus, ut in Civitate prædicta sit & habeatur de cetero Studium literarum generale, in quo Magistri doceant, & Scholares libere studeant & audiant, in quavis licita facultate. Ac si qui processu temporis in eodem Studio fuerint, qui scientiæ brævium assequuti, docendi sibi licentiam, ut alios licenter erudire valeant, petierint exhiberi, Sancimus ut in Jure Canonico & Civili, ac in Medicina & liberalibus artibus examinari possint ibidem, & in facultatibus ipsis dumtaxat Magisterii titulo docerari.

§. 4. Statuentes ut quotiens ad id aliqui fuerint promovendi, præsententur Episcopo Avinionensi pro tempore existenti. Qui Magistris facultatis illius, in qua examinatio fuerit facienda, in eodem Studio præsentibus convocatis, eos gratis, & difficultate sublata qualiter de scientia, facundia, modo legendi, & aliis, quæ in promovendis ad Doctoratus seu Magisterii officium requiruntur, examinare studeat diligenter, & illos, quos idoneos repererit, petito secrete Magistrorum eorundem consilio, quod utique consilium in ipsorum consilium dispendium vel jacturam revelari quomodolibet, sub diving maledictionis interminatione districtius prohibemus, approbet & admittat, eisque petitam licentiam largiatur. Alios minus idoneos penitus repellendo, postpositis omnino gratia, odio vel timore. Ceterum ne vacante Sede Avinion. contingat, volentes promoveri ad Magisterium impediri, volumus ut promovendi hujusmodi, vacatio nis tempore, Præposito Avinionen. Ecclesiæ præsententur, qui eos examinatos approbet vel reprobet, secundum modum in Episcopo prætaxatum.

§. 5. Illi autem, qui in Civitate prædicta examinati & approbati fuerint, ac docendi licentiam obtinuerint, ut est dictum, ex tunc absque examinatione vel approbatione alia legendi, & docendi ubique in facultate illa, in qua fuerint approbati, plenam & liberam habeant facultatem, nec a quoquam valeant prohiberi.

§. 6. Sane ut rite in jam dictis examinationibus procedatur, præcipimus, ut Magistri legere in eodem Studio cupientes, antequam incipiant, præsent publice juramentum, quod ipsi vocati ad examinationes easdem personaliter venient, nisi fuerint legitimo impedimento detenti, & gratis, sine difficultate, odio & amore postpositis, dabunt examinatori fidele consilium, ut de examinatis digni approbati debeant, & indigni merito reprobari. Qui vero juramentum hujusmodi præstare noluerint, nec ad legendum, nec ad examinationes easdem, nec etiam ad aliqua Universitatis ipsius Studii commoda vel beneficia ullatenus admittantur.

Facultas Magisteria conferendi.

Laureandi prius examinentur.

A quo debeant approbari.

Qui fuerint approbati licet possint legere.

Juramentum ab examinatis præstandum.

§. 7. Ut

§. 7. Ut autem Doctores & Scholares prædicti, eo libentius valeant intendere studio, ac proficere in eodem, quo se munitos agnoverint gratia & favore, eis auctoritate prædicta concedimus, ut dum hujusmodi Studio docendo vel audiendo duxerint insistendum, omnibus privilegiis, libertatibus & immunitatibus concessis Doctoribus & Scholaribus in Studiis generalibus commorantibus gaudeant, & utantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c. Si quis &c.

Dat. Anagninæ Kal. Julii Pont. nostri Anno IX.

Datum die 7. Julii 1303. Pont. An. IX.

Ex Leitura Cod. Diplomat. Tom. II. pag. 315.

Potestatem & dignitatem Petri successoris exponit.

Manuetudine se cum Philippo usum aliorum.

XXII.

Philippus Gallie Rex, enarratis, quæ ab eo gesta sunt, fidelium coetu, sacrisque segregatus declaratur.

Bonifacius Episcopus Servus Servorum, Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Super Petri Solio, excelso throno, divina dispositione sedentes, illius vices gerimus, qui per Patrem dicitur: Filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringes eos. Quo monemur, ut intelligant Reges, disciplinam apprehendant, erudiantur judicantes terram, quod serviant Domino cum timore, & exultent ei cum tremore; ne si irascatur aliquando, pereant, cum exarserit ira eius. Ideoque magnum judicamus ut parvum, quia eius sumus Vicarii, apud quem personarum acceptio indigna reperitur. Hoc Novi & Veteris Testamenti veritas habet; hoc venerandorum Conciliorum probat auctoritas; id Sanctorum Patrum tenet sententia: id etiam naturalis ratio manifestat. Sed, licet tanta potestate sit prædicta Petri Sedes, tantaque polleat dignitate, tamen, ut pius pater, severitatem mansuetudine temperantes, ac lenientes aequitate rigorem, non ad confringendum quemquam juste possumus, ferream, sed ad dirigendum in viam salutis directionis virgam in præsentiarum assumimus, & correctionis ferulam amplexamur. Novum ad hoc nihil; prout neque grana de spicis excuti fecimus, nempe simpliciter judicantis opera fungimur. Quinimo utentes denuntiatorum officio, nullas penas Philippo Francorum Regi imponimus; sed ei, propter excessus suos jam excommunicato notorie, inflictas potius a jure intimamus.

§. 1. Bonus itaque medicus, si quibusdam medicamenta morbis officiant, se de gratia vertit, non iis statim duriora subiciens, sed leniora, nisi morborum aliud exposcat acuitas administrans: sic peccatorum ejusdem fauciat Regis vulnera prius palpavimus, exactis lenitatibus multivimus, ipsamque pietatem paternam favimus, imo lenimenta hujusmodi seminarium contumaciæ fuerunt, & odiorum

eum erexerunt in superbiam, & ad contemptum pertinaciter provocaverunt. Unde nos ad alias non graves tamen medelas convertimus, ut saltem experiamur, utrum tactus leniter, non contractus, se corrigat, sicut Nabuchodonosor præ cæteris terræ Rex inclytus, quod optamus ne obstinatus, in quem transiit, videat; & cogamur ferro abicendere vulnera, quæ fomentorum medicinam non sentiunt; penitentiam agat; an (quod abest) profundum malorum demersus, sordidus sordescat amplius, & veluti Pharo indurecat.

§. 2. Olim siquidem, dum idem Rex peccaret graviter in diversis articulis in Clerum & Ecclesiam Gallicanos, primum per ejusdem Regis Nuntios ad nos missos, ipsum super hujusmodi salutaribus monuimus; deinde ad suum dilectum filium Jacobum de Normanis, Notarium nostrum, ei nostras deferentem literas, in quibus excedebat, capitula continentes, transmisimus: quanquam imprudenter, quanquam infirmo animo, & irreverenter tractaverit, non advertens, quod secundum Evangelicam veritatem, qui spernit missum, spernit mittentem; ideo dignus sententia, quam dudum Constantinus Papa in Justinum Imperatorem Justiniani Filium ex simili causa tulit: qui in vicino erant, evidenter cognoscunt, ac idem patuit de longinquo: nec considerans, quod antiquitus est sancitum a sanctis Patribus, & promulgatum canonibus, quod si quis Romam petentes rebus, quas ferunt, spoliare præsumperit, communione careat christiana: quodque ii, qui accedunt ad præsentiam Romani Pontificis, cum rebus suis debeant esse sub protectione Apostolica securi; & parvi pendens excommunicationis sententiam, quam inhærentes vestigiis Romanorum Pontificum, & præcipue Nicolai Papæ, prædecessorum nostrorum, qui doctorum canonum auctoritate, suffulti, contra talia facientes ad excommunicationem hæcenus processerunt, addito per Nicolaum eundem processibus ipsis, etiam si hæc committentes Imperiali, aut Regali dignitate radiant. Nos etiam eodem privilegio excluso, in omnes etiam si prædicta fulgeant dignitate, qui ad Sedem Apostolicam venientes, vel recedentes ab ea, capiunt, spoliant, vel detinere præsumunt, aut impedimentum aliquod exhibent, quominus ad eandem sedem libere, cum propriis bonis, & rebus suis veniant, & recedant ab ea, in die eam Domini proximo præterito, tali modo declarantes: Etiam illos, qui per se, vel per suos officiales vel ministros, aut incolas Imperii, Regnorum, seu terrarum suarum, vel transeuntibus per ea, undecumque oriundis, ad sedem venientibus memoratam, vel redeuntibus ab eadem, equitaturas limitant: vel subtrahunt, quæ deferunt, vel reportant pro suis opportunitatibus vel expensis, aut quasvis alias res & bona; si aperiant literas, vel auferant, seu taxent numerum personarum, aut evectionum aut alias directe vel indirecte talibus venientibus vel redeuntibus impedimentum, vel obstaculum præstare præsumant, impedidores fore ad dictam Sedem venientium & redeuntium, & ex-

Est in excommunicatione contra Romas spoliates latam in corido.

Que lex a Bonifacio constituta fuerat & ampliata.

com.

Regem multa contra Romipetas commisit Episcopos vero ne Romam venirent prohibuisse.

Quare missum eidem S. Marcelli Cardinalem qui absolutionem offerret.

Legatum Regie banno subiecit Philippus.

Canonum iraque sententias debet expavere.

communicationis sententiam incurere supradictam. Adeo nostris temporibus, sicut alias fecerat, notorie sui Regni fines in transgressores gravissimis interminatis poenis, & in nos iactatis blasphemis arctæ custodiæ deputat, ablati contra dictam sententiam nostram non solum indigenis, sed etiam ad eandem Sedem per Regnum ipsius aliunde venientibus rebus suis, vel iniuriis taxatis, imo autem omnino subtrahis, ac litteris quas deferunt apertis per Custodes passum, aut retentis quod nullus libere ad prædictam sedem potest accedere: nec Prælati Franciæ per nos, ut super dictis deliberarem cum iis ad nostram præsentiam evocari poterunt, sicut eorum huiusmodi per litteras constat, quas in Archivio Romanæ Ecclesiæ facimus conservare. Sic, & Noviomem. Constantien. Bituricen. Episcopi ipsorum Nuntios excusatio, eodem impediente Rege, venire: qua causa etiamsi Princeps quisquam fuerit, qui hoc prohibuerit, illum censet canon communione privandum. Quis enim libere ad memoratam Sedem proficisci dicit, qui sic tractatur, & quod retineatur, vel Regnum permittatur exire, sub alterius potestate consistit? certe nullus qui sane intel ligat, & qui scripti iuris vim in hoc cognoscat, habet aliquam veritatem.

§. 3. Sed volentes secundum Sacrorum Doctrinam Canonum pacis servare vinculum, cum equitate, & firmitate portare, nec sic moti sumus. Immo Evangelica dicta pensantes conati sumus errantem ovem tam charam tamque nol is dilectam quasi propriis humeris ne periret ad ovile reducere, in uberibus collocare pascuis, & dulcedinis pabulo confovere. Nam cogitantes secundum Evangelii parabola, quod qui notarium spreverat saltem nostrum vereretur filium, ad reducendum eum filium nostrum Johannem, & Sanctorum Marcelli, & Petri Presbyterum Cardinalem de Regno oriundum ipsius, qui tamquam amicus suus ejus zelabat salutem, curavimus destinare offerentem inter cætera sibi ex parte nostra absolutionem ab excommunicationum sententiis quibus erat notabiliter irretitus.

§. 2. Verum frustra nos talis cogitatus arripuit, quia si erga prædictum Notarium se, ut præmittitur, gessit, filium nostrum magis ignominiose compefcuit, quia sicut ipse Cardinalis nobis retulit, oblatam absolutionem, contempnit, eique deputatis custodiis, ne libere ire posset, quo vellet, nec recipere qui venirent ad eum, de Regno suo, non reverfutum sine licentia, & sic quodammodo ut ejus Cardinalis verbo utamur, Regio banno suppositum protulit, & efflavit eundem. Et etiam ultra parabola ipse tandem nos Patrem familias non dimisit intactum, sed iterum laceravit blasphemis, & iniuriis laceffivit, oblitus quod legitur honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram, & quod filio semper honesta, & sancta Patris quærela deberet videri, & taliter eius non effici castigato, confederationibus, & colligationibus factis eam nonnullis Prælati, & personis aliis Regni sui, pacis vinculum, quod saluum esse totis effectibus nitebamur ru-

pit perturbavit unitatem Ecclesiasticam, & inconfutilem Domini tunicam scindere non expavit, ac suæ appellationi frivolæ contra nos adherere perperam coegit, & cogitavit, & in ruinam secum perniciose dedit. Sane parabolam timeat, ne vinea locetur aliis agricolis, qui suis temporibus fructus reddant. Caveat censuram canonum, quæ contra tales dignoscitur præparata, & ne ex huiusmodi stricta custodia Cardinalis prædicti canonem excommunicationem latæ Sententiæ, qui ad eos per interpretationem transit, qui clericos sine læsione detinent in custodia publica, vel privata; cum non multum a specie verborum differant quibus, quo volunt facultas recedendi non datur incurrat diligenter attendet.

§. 3. Ad hoc ut omittamus de dilecto filio Abbate Cisterciense detento, & aliis multis religiosis maxime italicis, quia iussu Regis urgebat recedentibus Regno, captis de ipsius conventia, & aliquo tempore in castelletto servatis, eo quod adherere nolent appellationi prædictæ, ac de eo, quod in persona venerabilis Fratris nostri B. Apamearum Episcopi, actum extitit nuper, & Nicolaum de Bonfractu Capellanum Cardinalis jam dicti, nostras ad eum portantes litteras, quibus Regem excommunicatum per Cardinalem eundem mandavimus publice nuntiari, capi fecit, & repetitum a Cardinali eodem a carcere noluit relaxare, prout idem Cardinalis nobis id per proprias litteras notum fecit; unde perinde dicitur habere, cum ipse Rex impedimentum præstiterit, sicut si mandata renuntiatio præcepisset.

§. 4. Stephanum insuper de Columna, nostrum, & Ecclesiæ hostem in suo Regno receptavit patenter, non veritus excommunicationis sententiam, quam post Columnensem fugam de Tibure promulgavimus publice quibuscumque privilegiis non obstantibus in omnes etiam Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, qui dictum Stephanum, aut alios quosdam filios Johannis de Columna, & Jacobum Fratrem dicti Johannis, Ricardum, & Petrum de Monte nigro dicti Joannis Nepotes recipere conducerent, receptari, vel recipi facerent, seu conduci, aut iis, vel ipsorum alicui publice vel occulte, auxilium favorem, vel consilium exhiberent, quodque contra adjuutores fautores, & receptores prædictorum Jacobi, & filiarum dicti Johannis ab olim per nostras litteras procedi mandavimus, ut contra hæreticos, receptatores, fautores, & adjuutores eorum. Nequaquam in his servit Deo Rex Francorum in timore, aut ei cum timore exultat, ne iratus in eum per suum Vicarium exardescat; nempe tanto offendit gravius, quanto perniciosius peccat suæ perditionis ad alios exempla transmittens.

§. 5. Heu ipsum consilia prava commulcant, eum Syrenes, nec non usque in exitum dulces damnose permulcent, periculose regalem mentem exagitant, & decipiunt incessanter: non enim propter eas liberare ipsum possumus nec debemus. Hominem, namque primum non a peccato Diaboli excusa-

Maiora deinde parasse facinera.

Columnensibus publice favet.

vñ

Eum itaque in excommunicationem a Canonibus latam incurrisse.

Ipsoque iure Subditos ab omni fidelitate erga eum esse liberos.

Beneficia si quis ab eo acceperit invasorem Beneficiorum eorundem declarat.

Omnesque confederationes cum ipso iuras invalidat.

vit suggestio, quin divini mandati transgressor solverit penam mortis, & silentium nostrum nihil foret, quam delinquendi occasio, & dissolutio universæ Ecclesiasticæ disciplinæ, cum enim notorium facti continui sit, quod ipso faciente, & contra dictam nostram veniente sententiam, libertas non est per Regnum ipsius veniendi ad Apostolicam Sedem, & quod si dictus Nicolaus est captus, & præfatus Stephanus receptatur in Regno, nostraque sententiæ supradictæ firmate sint, & prædicatæ publice, sic quod canonum excommunicatio in aperto liquet ex præmissis, ut taceamus ad præfens de custodia jam dicto Cardinali imposta, detentione Abbatis, captione Religiosorum dictorum & temerariis actionibus in jam dictos commissis ipsi eundem Regem manifestis excommunicationibus esse ligatum, & per consequens beneficia ecclesiastica, personatus, & dignitates, si eorum aliquo legitimo titulo, quandoque ad eum collati pertinet de iure, interim non posse conferri, imperium sive jurisdictionem aliquam per se, vel alios, aut communes actus, seu legitimos exercere, & collationem, & exercitium ipsius nullius existere dignitatis, ac vassallos ipsius esse a fidelitate, etiam juramenti quibus astringuntur eidem, & huiusmodi debito totius obsequii auctoritate canonum absolutos; hoc omnibus his præcipue, qui de ejus Regno sunt, vel in eo moram faciunt nuntiantes eum excommunicatum comitari penas huiusmodi declaramus: & more periti medici, cum non profuerint monita, a levioribus incipientes, ac Sanctorum Patrum nostrorum statuta tenentes omnes fideles vassallos ejus, eique juratos a fidelitate, & juramenti, quousque idem Rex in excommunicatione permanserit, apostolica nihilominus auctoritate absolvimus, & ne eidem fidelitatem observent, vel servent modis omnibus, sub interminatione anathematis, quia magis Deo, quam hominibus servire oportet, & fidelitatem Christiano Principi Deo adversanti ejusque præcepta calcanti nulla cohibentur auctoritate, persolvere prohibemus.

§. 7. Et quia Rex ipse aliquos forsitan inveniret, qui beneficia huiusmodi Dei timore postposito ab ipso recipere, districte præcipimus sub excommunicationis, amissionis beneficiorum, quæ alias haberent, & inhabilitatis perpetuæ ad Ecclesiastica beneficia, de cætero obtinenda poena, quam ipso facto, incurrant, si contrarium agant, ne ab eo sic excommunicato manente illa accipiant quomodo districte sub huiusmodi a nobis infligendis poenis, inhibentes Capitulis Ecclesiarum, in quibus beneficia ipsa per Regem excommunicatione durante conferuntur eundem, ne eos, quibus conceduntur, ab ipso recipiant, vel admittant. Porro cum scriptum sit solve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes confederationes prædictas, etiam cum quibusvis terræ Regibus, aut Principibus, quod non credimus, initas, dissolvimus & juramenta, si qua sunt præstita annullamus: etiam annuntiantes ipsi Regi, ut a facie arcus fugiat; rescribitur. Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

piscat, ad obedientiam redeat, & ad Dominum convertatur, ne quod præterit non valebimus, iusto in eum iudicio animadvertere, compellamur.

§. 8. Ut autem huiusmodi noster processus quem de consilio Fratrum nostrorum facimus, ad omnium notitiam deducatur, chartas, sive membranas processum continentes eundem, in Cathedrali Ecclesia Anagnina, vel affigisti, vel super liminaribus faciemus, quæ processum nostrum suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, ita quod idem Rex, & alii, quos processus ipse contingit, nullam possint excusationem prætere, quod ad eos talis processus non pervenerit, vel quod ignoraverint, eundem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum, vel occultum, quod tam patenter omnibus publica-

Actum Anagninæ in aula nostri Palatii sexto Idus Septembris Pontificatus nostri anno nono. (a)

Processum hunc se publicaturam dicit.

Act. die 8. Septem. 1303. Pont. IX.

O

BENE-

(a) Hæc litteras publicatas non fuisse contendit Pagius in Bonifacii Vita §. LXIX. Bonifacium liquidem die 7. Septembris fuisse a Nongareto, ceterisque percellibus Anagninæ, captum esse in comperio, cum hoc Decretum die tantum octava foret promulgandum, prout ex ipsi apparet notis chronologicis, que in calce leguntur. At Bonifacium a Romanis post triduum libertati restitutum omnes norunt: tunc vero omnem habuisse decreti huius publicandi facultatem quis negaverit? Chronologica siquidem notæ diem tantummodo designant, quo illud promulgasset, si sui fuisset juris. A Leibnitio, Dupuy, aliisque ex Bibliothecarum diversarum MSS. illud legitimum erutum: ex quo conijci potest, ipsum originale Anagninæ inter tumultus non fuisse deperditum, nec in hostium devenisse manus, a Bonifacio autem, Roma cum esset, exemplaria nonnulla ad Principes, aliosque missa fuisse. Prædicto, nisi in aliquorum saltem notitiam hæc devenissent litteræ, nec absolvi Philippus a Clemente V. petisset, nec illas ab eodem Clemente irritari oportuisset.